



Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

88. Rurfus ad concilium vocatur ille à nativitate cæcus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

ætatem habet, ipse de se loquatur. *Ioan. 9. v. 20. & 21.*

III. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Iudæos: jam enim conspiraverant Iudæi, ut, si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret. Propterea parentes ejus dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate. *Ioan. 9. v. 22. & 23.*

MEDITATIO LXXXVIII.

Rursus ad concilium vocatur ille à natiuitate cæcus.

I. **V**Ocaverunt ergo rursus hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio. Vnum scio, quia cæcus cum essem, modò video. *Ioan. 9. v. 24. & 25.*

II. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis jam, & audistis: quid iterum vultis audire? Numquid & vos vultis discipuli ejus fieri? *Ioan. 9. v. 26. & 27.*

III. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis; nos autem Moyfi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moyfi locutus est Deus: hunc autem nescimus, unde sit. *Ioan. 9. v. 28. & 29.* ME-